



Certamen Latinum “Nova Humanitas” – VI edizione
Componimento vincitore del premio

Estne caeli naturaeque pollutio nova apocalypsis?

Gabriele Bonini

Ego, Χριστοδοῦλος, huius sancti coenobii, Patmi in parva insula, Sancto Johanni dicati, ad te Paschalem, Romanae sedis episcopum atque Beati Apostoli Petri heredem, obvertor ut rerum opertarum patefactionem de orbis terrarum exitu enarrem.

Ego, anno millesimo centesimo octavo a Redemptoris nostri incarnatione, animadvertens me ad extremum humani itineris perventurum esse, fratres meos pro me in cubili strato vigilantes dimisi atque curam nostri coenobii eis commendavi. Eos laudibus extuli atque oravi ut me solum relinquerent.

Dum, postremum, me ad me precibus revoco ut exitum meum bene parem, in aediculam de fenestra superna aquila aureis plumis relucentibus irrupit, quae oculos in vultu mei defigens, humana voce locuta est atque haec verba dixit: “Ego discipulus sum quem Christus amat, quem tu, fratresque tui in hac sancta insula veneramini”.

Antea primus stupor me vicit, sed postea mea senilis aetatis incommoda non impediverunt quin, genibus nixus atque ante aquilam proiectus, sic responderem: “Num ignarus iam e vita excessi?” At aquila respondit: “Nondum e vita excessisti; aliquibus adhuc temporibus tibi opus est ut tuae vitae modus repleatur, at opera



fidesque tua te dignum fecerunt ad quem visendi causa venirem atque te mihi comitem assumerem ad ea loca videnda quae tibi a constitutione mundi parata sunt¹”.

“Sancte Evangelista atque propheta, qui et quid in principio fuisset et quid postremo futurum esset scripsisti, indignus sum qui ante Te sim atque oculos ad Te adiciam; quoniam nihilominus omnia bona mihi divina gratia concessa sunt, dic mihi quoque - te obsecro - quae signa hic - in nostra terra – nuntiatura sint perturbationum principia quae in hac insula tibi patefacta sunt. Quae principia scio neque immutari neque procrastinari posse. Si autem homines ea initium habere animadverterint, ad virtutem redire atque scelera expiare poterunt”.

“Agedum - inquit - magna est tua postulatio, sed magnae sunt virtutes, ergo preces exaudiam. Ut Magister² qui ceteros celaverat proditoris nomen, mihi contra soli quaerenti id indicavit, ita ego rogationes tuas exaudiam.

Turbamenta omnia a quattuor equitum adventu, quorum accessus in idem tempus quo prima quattuor voluminis sigilla reclusa erunt incurret, initium capient.

Ergo tibi quid hi equites effingant enuntiare volo.

Tempus erit quo homines in mundo agent ut servi pravi in absentis domini domo; omnia quae eorum tutelae commissa erunt dispellentur; homines nullum modum retinebunt in naturam dominandi, sicut iussi erant³, sed eam in servitutem redigent.

Terra a tam saevis hominibus mortiferis elementis vitiata, fruges parvas producet

¹ Matthaeus, 25, 34.

² Johannes, 13, 21-26.

³ A. Rahlfs, Septuaginta, vol. 1, 9th edn., Stuttgart: Württemberg Bible Society, 1935 (repr. 1971): 1-86.

ΓΕΝΕΣΙΣ, 1,28: καὶ ἡλόγησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς λέγων Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ καὶ πάντων τῶν κτηνῶν καὶ πάσης τῆς γῆς καὶ πάντων τῶν ἐρπετῶν τῶν ἐρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς.



easdemque veneno illitas. Perpetua bella ut suas quaeque gens opes firmas atque adsiduas reddat invehentur, quoniam omnium rerum frequentes copiae semper infrequentiores futurae erunt. Quas omnes luctuosas tabulas primus albus equus exprimet.

Vis in singulas quoque societates irrepet, quarum socii in contumeliis ultro et citro datis acceptisque, mutuam importuni temporis culpam sustinentes, inter se confligent: liberi patrum imprudentias, patres liberorum fluctuationes vituperabunt. Suam quisque iracundiam contra alterum diriget, unde odia atque civilia bella exsurgent. Quas omnes luctuosas tabulas secundus rufus equus exprimet.

Caeli varietas qua nunc terra gaudet, perturbabitur causis tibi ignotis, sed quarum uni auctores homines sunt. Magnus Aegypti atque Aethiopiae camporum aestus latas terrarum orbis plagas pervadet; maria extollentur ut Diluvii temporibus, atque multas florentes urbes tegent.

Omnes hae perturbationes quibus soli infecunditas addetur, summas annonae caritates concitabunt. Quas omnes luctuosas tabulas tertius niger equus exprimet.

Demum omnes qui calamitatibus quae supra dictae sunt superfuerint, non nisi veneno vescentur: veneno infecta herba erit quae boves saginavit, venenata aqua in qua pisces nataverunt, venenatus aër quem homines spiritu duxerunt; radii solis⁴ ipsi, fortiores atque acriores facti, veneno erunt infecti.

Quae omnia redundantes pestilentias afferent, quas quartus pallidus equus exprimet. Ecce signa quae finis initia comitabuntur”.

“Ergo - multo labore respondi - ipsi homines se exstinguent, atque omnes calamitates in tuo vaticinio scriptae modo hominibus tribuendae sunt”. “Ita est. Quae Deus

⁴ Si allude alle conseguenze del buco nell’ozono.



creavit, non Deus sed homines delebunt. Ipsi mortales suis calamitosis moribus gladium, famem, mortem atque terrae feras in se movebunt”.

Quibus rebus auditis, facere non potui quin novissimam a Sancto gratiam deposcerem, videlicet tempus verba eius in hac epistula inscribendi quam ad Tuam Sanctitatem missurus sum, ut sapientia Tua optare possis utrum mortales certiores facias de his veritatibus an eas in cordis tui scrinio custodias.

Pacem et Benedictionem opto

Χριστοδοῦλος

* * *

Io, Cristodulo, fondatore di questo santo monastero di San Giovanni in Patmos, mi rivolgo a voi, Pasquale II, vescovo della sede di Roma e successore del beato Apostolo Pietro, per riferire importanti rivelazioni sugli eventi degli ultimi giorni del mondo.

Nell’anno 1108 dall’incarnazione del Salvatore, sentendo approssimarsi il termine del mio pellegrinaggio terreno, congedai i confratelli che vegliavano al mio giaciglio raccomandando loro la cura del monastero, li benedissi e li pregai di lasciarmi solo. Ed ecco, mentre mi raccoglievo in preghiera un’ultima volta per ben dispormi al trapasso, entrò dal lucernario della mia cella un’aquila⁵ dalle piume rilucenti come oro, e fissato in me lo sguardo, iniziò a parlare con voce umana dicendo: «Io sono il discepolo che Cristo ama, e che tu e i tuoi confratelli onorate in questa santa isola». Vinto l’iniziale stupore, i dolori della vecchiaia non mi impedirono di cadere in ginocchio, e prostrato dinanzi all’aquila risposi: «Sono dunque già morto, senza

⁵ Simbolo iconografico tradizionale di S. Giovanni evangelista.



avvedermene?». Ma ella replicò: «No, ancora alcuni momenti mancano affinché la misura della tua vita sia colma, ma le tue opere e la tua fede ti hanno reso degno della mia visita e di essere da me accompagnato al luogo preparato per te fin dalla fondazione del mondo⁶».

«O santo Evangelista e profeta, che scrivesti cos'era in principio⁷ e cosa sarà alla fine, io non sono degno di starti dinanzi e di rivolgerti la parola, ma giacché tutto ciò mi è concesso per grazia, dimmi anche, te ne prego, quali segni qui sulla terra annunceranno l'inizio degli eventi che su quest'isola ti furono rivelati. Io so che essi non sono modificabili né posticipabili, ma se gli uomini si avvedranno del loro inizio, avranno il tempo di ravvedersi e di espiare le loro colpe».

«Ebbene - mi rispose - grande è la tua richiesta, ma grandi sono anche i tuoi meriti e perciò ti esaudirò, come quando il Maestro, pur avendone fatto mistero a tutti gli altri, a me solo che glielo chiedevo rivelò chi fosse il traditore⁸. Tu sai che tutto deve avere inizio con l'arrivo di quattro cavalieri, che giungeranno all'apertura dei primi 4 sigilli del rotolo. Ordunque, voglio svelarti cosa rappresentino costoro.

Verranno giorni in futuro in cui l'uomo agirà nel mondo come un servo depravato nella casa del padrone assente. Disperderà ciò che gli era stato affidato, non si limiterà a dominare la natura come gli era stato comandato⁹, ma la ridurrà in schiavitù. In quei giorni la terra, da lui avvelenata con sostanze mortifere, non darà più frutto, e vi saranno guerre tra le nazioni per il possesso delle risorse scarseggianti, il che è rappresentato dal primo cavallo bianco.

⁶ Citazione di Matteo, 25, 34.

⁷ Allusione a Giovanni, 1, 1.

⁸ Allusione a Giovanni, 13, 21-26.

⁹ Allusione a Genesi, 1, 28.



La violenza si insinuerà anche in seno alle singole comunità, i cui membri si solleveranno uno contro l'altro addossandosi vicendevolmente la colpa della situazione: i figli biasimeranno l'imprevidenza dei padri e i padri l'irrisolutezza dei figli, scatenando odi e guerre civili, rappresentati dal secondo cavallo rosso. Per cause che non puoi comprendere, ma di cui sempre l'uomo sarà responsabile, la varietà del clima di cui oggi la terra gode sarà sconvolta, il caldo delle piane d'Egitto e d'Etiopia si estenderà su larga parte del mondo, i mari si innalzeranno come al tempo del Diluvio, ricoprendo molte e floride città, e tutto ciò, unito all'improduttività del suolo di cui ho detto, genererà decennali carestie, rappresentate dal terzo cavallo nero.

Infine, quanti sopravviveranno alle predette sciagure, non potranno che nutrirsi di veleno: avvelenata sarà l'erba che ha ingrassato i loro buoi, avvelenata l'acqua in cui hanno nuotato i loro pesci, avvelenata l'aria che respireranno e persino i raggi del sole, fattisi più forti e penetranti¹⁰, risulteranno per loro velenosi. Tutto ciò causerà dilaganti epidemie, rappresentate dal quarto cavallo verde. Questi sono i segni che accompagneranno l'inizio della fine».

«Ma quindi - ebbi appena la forza di replicare - l'uomo si distruggerà da se stesso, e tutto ciò che è scritto nella tua profezia è imputabile a lui solo». «È così. Ciò che Dio ha creato, non sarà Lui a distruggerlo, ma l'uomo, che con la sua miserabile condotta susciterà contro di sé la spada, la fame, la morte e le fiere della terra¹¹».

Udito ciò, non potei esimermi dal chiedere al Santo un'ultima grazia: il tempo di trascrivere le sue parole in questa missiva che mi appresto a inviare alla Vostra

¹⁰ Si allude alle conseguenze del buco nell'ozono.

¹¹ Da Apocalisse, 6, 8.



Santità, e la vostra saggezza saprà se fare parte di queste verità al mondo o se custodirle nello scrigno del cuore.

Pace e benedizione,

Cristodulo